

## 124.

*Der Rath zu Kamenz richtet an den Papst (Pius II.) ein Gesuch um Canonisirung des Minoritenmönches Johann von Capistrano.* 1462 Aug. 3.

*Gedr.: Wadding, annales minorum 13,232 f.*

*Anm.: Als der Minoritenorden die Heiligsprechung dieses ihres Mitgliedes eifrig betrieb, wurden diejenigen Städte, in denen Johann von Capistrano einst gepredigt, veranlaßt, Gesuche in diesem Sinne an den Papst zu richten. So finden sich aus der Oberlausitz solche Gesuche auch noch aus Görlitz, Bautzen, Lauban (l. l. 230. 231. 239), ebenso aus vielen meißnischen Städten. Dem Stile nach dürften diese Schreiben sämtlich nicht von den betreffenden Stadtschreibern, sondern von Franziscanern selbst concipirt worden sein. Ueber die Anwesenheit des Capistrano in Kamenz vergl. No. 106.* 10

Sanctissime pater, summe pontifex uniceque Jesu Christi vicarie, cum omni reverentia filialis obedientie continuum incrementum ad devota pedum oscula beatorum. Navigantes in hujus arvi pelago quantis agitamur procellarum insultibus, sanctissimam vestram paternitatem omnino credimus non ignorare. Sed piissimus ille orbis opifex, qui vacillantes refocillans tum sanctorum meritis tumque clarissimorum virorum vita, moribus 15 et doctrinis, tamquam fluctuantem naviculam remis nautisque peritis relevat atque regit, nos quassos ac pene naufragos paterna sua manu sustentare non est aspernatus in devotissimo piissimoque illo patre Joanne de Capistrano ordinis fratrum minorum de observantia nuncupatorum, quem dominus, velut Abraham de Ur Chaldeorum, ut in terra nostra peregrinus esset, eduxit, cujus vita, cum apud nos oppidulo plebeque nostris quatruiduanis 20 satagebat laboribus, vineam domini saluberrimis imbribus perrigavit tantopere profecto, ut ne ejus roes etiam, decem jam annis elapsis, extant exsiccati, sed erit sibi memoriale illud in sempiternum; fulgebat namque in hoc piissimo patre vita aspera, religio vera, morum gravitas, scientia perfecta, doctrina efficax. At ipse totus verae religionis exemplar imitabile effulsit, ita ut ejus laudes proclamare, scribere deficiamus. Verum cum sanctissime 25 vestre paternitati magnorum plurimorumque oratibus pro canonizatione ac cathalogo sanctorum inscriptione ejusdem devotissimi patris instantissime humillimeque, ut percipimus, extat supplicatum, quo magis ipsorum precatus nostri adaucti precibus efficacius celeriusque exaudiantur, sanctissimam vestram paternitatem cum debita submissione ad vestre paternitatis judicium, quantum possibile fuerint, intimis precordiis exoramus, ut 30 gaudeant homines eum habere intercessorem in celis, quem hic doctorem predicantem audierunt in terris, ac ut ejus meritis ipse celorum opifex sanctissimam vestram paternitatem incolumem conservare dignetur tempora per longiora. Datum Camenz<sup>a</sup>) die martis III. augusti, anno 2c. MCCCCLXII civitatis nostre sub sigillo.

Humiles et vere obedientie filii proconsul consulesque jurati oppidi 35  
Camenz<sup>a</sup>) Misszenensis diocesis.